AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 152v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



multo amplius erat. nec
opinanti dedisse. Quid si
etiam si quisquam tanta
nequitia possessus ut uili
uendat que dimiserunt
parentes. et caro emat que
consumant libidines. non
ē ut opinor incredibilis
ista luxuries. Et si queratur
tales repperiuntur. aut
etiam non quesiti fortassis
occurrunt. qui nequitia
maiore. Quam theatrica
propositione uel pnunti-
atione theatrice insultent.
magno pretio stupra emendo.
paruo autē rura uenden-
do. Largitionis etiam grā
nouimus. Quosdam emi-
sisse frumenta carius. et
uilius uendidisse se suis
ciuibus. Illud etiam quod
uetus poeta dixit. Ennius
omēs mortales sese lau-
dari exoptant. Profecto
de se ipso et de his quos
expertus fuerat coniecit
in aliis. et uidetur pnun-
tiasse omnium hominū
uoluntatem. Deniq si
minus ille dixisset lau-
dari homines omēs uolt.
nemo urm uult uituperari.

similiter quod eēt omnium
uoluntates dixisse uidetur.
Sunt tamen qui uitia sua
hodirent. et in quibus sibi
displicent ipsi. nec ab aliis
se laudari uelint. grāsq
agant obiurgantium bene
uolentie. Cum ido uitu-
perentur. ut corrigantur.
Ac si dixisset. Omēs beati
eē uultis. miseri eē nō uultis.
Dixisset aliquid quod nul-
lus in suam non agnoscere
uoluntatē. Quicqd enim
aliud quisquā latenter ue-
lit ab hac uoluntate. que
omnibus et omēs satis nota ē
non recedit. De beatitudine
quam omnes una cū uoluntate
expetunt sed non eā oī diffi-
nitione nouerunt

Mirum ē autē cum capescende
atq retinende beatitudinis
uoluntas una sit omnium.
unde tanta existat de ipsa
beatitudine rursus uarietas
diuersitas uoluntatū. Non
quod aliquis eam nolit.
sed quod non omēs eam
nouerunt. Si enim omēs
eam nossent. non ab aliis
putaretur eē in uirtute
animi in corpis uolupta-
te.